

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Dissertatio Prooemialis De Ivrisprudentiae Criminalis Necessitate,  
Svbsidiisqve.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**



*Q. D. B. V.*

# DISSERTATIO PROOEMIALIS

DE

IVRISPRUDENTIAE CRIMINALIS  
NECESSITATE, SVBSIDIISQVE.

§. I.

*Ius Criminale* est complexus legum, mo- *Iuris Cri-* *+ Haec L. om-*  
*rum*, statutorumque de rebus crimin- *nalis* *latus esse debet*  
*libus* disponentium. *rent: sed hinc em-*  
*to tempore*  
*et de cito animo*  
*non satis erit.*

§. II.

Diuiditur in *patrium & peregrinum*, il- *patrii,*  
ludque iterum (1) in publicum & priua- *si non* *+ quod au-*  
*tum a), (2) in uniuersale & particolare.* *ffine habet*  
*dum est. obij-*

§. III.

*Peregrinum*, quod saluis moribus rece- *exim de criminibus, qu*  
ptum est, in Romanum abit & Canonico-Pon- *non patitur iniquitate, que*  
*tificium.\* Romano multa, quæ scitu ne-*  
*cessaria, uix tanguntur, ac, praeter singula-*  
*rem iudiciorum formam, uariumque pro*  
*Engau Ius Crimin.* *A uaria*  
*taler peregrin-*  
*unt, dum eng.*  
*officio sufficiunt.*

a) b. TREVER pr. de do. Consult. CRAMER d.  
iure criminali publico S. de delictis & poenis statu-  
R. I. cautissime diudican- um imperii.

V.



Landesbibliothek Oldenburg

uaria ætate reip. Ro. procedendi ordinem b), hæc & illa continentur a moribus gentium Germanicarum c) differentia. *Iure Canonico-Pontificio* plerumque forum internum dirigitur, & solæ fere pœnæ statuuntur ex pœnitentiis ortum trahentes.

*+ et inter eos Bohemiae* \* *Mosaicum*, quod addunt alii<sup>f</sup>, libens prætereo. Non enim magis receptionis quam promulgationis ui nos obligat.

prudentia

§. IV.  
Ius Criminale interpretandi\*, & ad obuenientes factorum illicitorum species eo, quo decet, ordine applicandi\*\* habitus, *iurisprudentia criminalis* dicitur.

\* Lex, uel manca uel obscuris ambiguous uerbis conscripta, quandoque ex authentico & perfectam orationem contiente rubro uel suppletur uel explicatur. LINCKI d. de rubro, nigro & albo. Exemplo esse potest L. Fris. V, 1.

Ordo hic est: ut, si ius patrium particulare defitientia, Auocat, prius uniuersale, illiusque analogia, attendantia dictetur appliceturque, quam ad iura peregrina recuratur. C. C. C. præf. et art. 3. seq. Vnde ad intelligendum est facile (1) cur iuris criminalis peregrini usus in Germania sit rarissimus, LUDOVICI præf. comment. ad C. C., non tamen nullus, pontificius enim fuit & ad LL. Ro. quandoque prouocauit Carolus V. Nemeseos conditor; (2) cur cognitione iuris patrii desitutus de usu & non usu iuris criminalis recepti disputare nequeat.

§. V.

b) POLLETVS hist. criminibus lib. 48. tit. 13. fori Ro. IV, 7. SIGO- c. 6.  
NIVS de iudiciis II, 4. c) LUDOVICIPREF.ad seq., MATTHAEI de C. C.



§. V.

Quam didicisse iuuabit unumquemque, necessaria qui futurus est *aduocatus, auditor, quem est. uulcus uocat, iudex, docto*r aut *professor academicus*, quippe quorum nullus sine illicius cognitione munus suum tueri potest.

§. VI.

Illi, qui iurisprudentiam criminalem solidam masculamque sectatur, subsidio uenit (1) *philosophia d*), præsertim *rationalis* & *moralis*. Illa enim, quæ non immerito quasuis scientias dirigere dicitur, inseruit legum interpretationi & adplicationi, atque ad illud facit, ut præiudicia fugere possis; hæc uero, quia hominum describit uitia, horumque signa notat, faciem præfert doctrinæ de præsumtionibus & indiciis.

§. VII.

In subsidiis porro est (2) non uulgaris b. philologia *cognitio linguarum*, quibus scriptae sunt leges, speciatim *latino-barbaræ*, & *germanicae*, huiusque tam *prisciæ* quam *modiernæ*, quippe quæ ad obscuritatem legum, siquidem hæc ex uerbis \* phrasibusue \*\* obsoletis & prorsus antiquatis oritur, dispellendam facit certissime e).

\* u. c. *VVLITIVA L. Sax.* tit. 1. §. 5. *FORRESNI L. Fris.* tit. 2. *THIVBDA Ead.* tit. 3. *Deiphait.*

A 2 Spec.

d) IO. FRID. HOMBERGK de *iurisprudentia rationali*.

e) THOMASIVS iure significat.

caut. iur. c. VII. §. 22.

23. HOFFMANN de

investigandis uerborum in



Spec. Sueu. art. 198. ed. SCHANNAT. gebundene  
Tage I. P. S. II, 10. Sueu. art. 117.

\*\* u. c. mit blychenden Schyne und gichtigen  
Munde. Charta de A. 1411. ap. DATT de P. P.  
IV, 3. p. 745. alte Westphäl. Gerichts-Ordn.  
ap. HAHN coll. monum. To. II. p. 603. 618. auf  
den Heiligen sich ausziehen, mit dem Benufte  
überwinden &c.

### §. VIII.

c. ars ety-  
mologica &

Quumque significatus uariarum uocum  
germanicarum in legibus antiquis\* & me-  
dii æui \*\* occurrentium, harum origini-  
bus rite inuestigatis, demum cognoscantur  
f): iurisprudentiæ nostræ studio opus  
erit (3) *studio etymologico*, indefessa mo-  
numentorum ueterum euolutione & ite-  
rata perlustratione glossariorum, quæ no-  
minauit b. BRVNNQVELL g), præsertim  
SCHILTERI ac WACHTERI operum.

\* u. c. HERISCHLIZ Capit. R. Franc. III, 70. CHRE-  
NECRVND A. Sal. tit. 61. HORGRIFT L. Baiuu.  
VII, 3. PVLISLACH. L. Alem. LIX, 1. Baiuar. III,  
1. CLADDOLG L. Frif. add. tit. 3. art. 44. WI-  
SCHALCKI L. Burgund. tit. 76.

\*\* u. c. Stöckling. Ref. des Westph. Gerichts de  
A. 1339. Vid. LEIBNITII miscell. etymol. p. 230.

### §. IX.

d. critica.

Sic quoque incommodorum, quæ ex  
uariis lectionibus, itidem ex corruptis &  
de-

f) ECCARD hist. lectanea etymologica.  
stud. etymol. linguae germanicae impensi p. 324. LEIBNITII col.  
g) pr. de usu linguæ german. ueteris in stu-  
dio I. F. Longob. p. 12.



deprauatis LL. oriri solent, salutare medicamentum est (4) *ars illa Critica*.

§. X.

Quia LL. scire non est uerba, sed uim e. historia ac potestatem tenere, in legum rationes iuris inquirendum est. Ad quas cognoscendas facit (5) *historia iuris*, quippe quæ nos docet legum criminalium natales, auctores horumque hypotheses &c.

§. XI.

Huc etiam pertinent (6) *antiquitates*, f. antiquæ, sicut omnibus disciplinis, ita & iuris- tates, prudentiæ nostræ lumen præferunt clarissimum. Sistunt enim nobis *iudicia Dei*, uehmica, westphalica, centenaria, delatoria, solemnia iudicij capitalis, & alia plura notatu maxime digna b).

§. XII.

In subsidiis quoque est (7) *paroemia-* g. *paroe- rum iuridicarum cognitio*, quæ mox the- miæ iuri- saurum antiquitatis germanicæ recludunt, dicæ.

mox, quid certis in casibus ferat consuetudo, nos docent i). Debes autem (a) ubi- uis receptas ab illis separare, quæ hic tan- tum & illic recitantur; (b) earum origi- nem & uerum propriumque significatumscrutari.

A 3

§. XIII.

b) CRAMER de con-  
iungendo iuris & an-  
tiq. German. studio §.  
IX. p. 29.

i) FELTMANN resp.  
milit. 7. n. 70. sq. HER-  
TIVS de parœm. iur.  
germ. prol. §. 4.



## §. XIII.

h. ars me-  
dica.

Nec minus (8) *ars medica* facit ad cognoscendas de uenenis, fætu animato & abacto, sterilitate procurata, letalitate vulnerum, aliasque doctrinas iurisprudentiæ nostræ studioſo ſcitu necessarias k). Consultantur itaque FORTVNATI FIDELIS relationes medicorum, AMMANNI Irenicum Numæ Pompili cum Hippocrate, PAVLI ZACCHIAE quæſtiones medico-legales, itidem WELSCHII, HOFFMANNI, TEICHMEYERI, ALBERTI, FRITSCHII, TROPPANNEGERI scripta, quæſtiones medico-legales diiudicantia.

## §. XIV.

Laudatis (§.VI-XIII.) ſubſidiis instrutus qui didicit criminalia iura, fi uelit prudens euadere in perfectiore gradu, debet (9) *scripta* aliorum erudite elaborata diligenter legere, (10) collegiorum iuridicorum *decisiones* prudenter colligere, & (11) denique *idioma germanicum forenſe* decenter colere l). Sic poterit iura, quæ ſibi reddidit cognita, apte cauteque applicare, animi ſui ſenſa perſpicue & ornatæ proponere, nec pauciora quam oportet, nec inordinata aut indiſtincta dicere ſcribereue.

ELE-

k) HEISTER ID. de medicinæ in Iurisprudentia utilitate.

l) BASTINELLER de idiomate germanico forenſe a ICtis decenter colendo.



LICH V. FROELICHSBURG u). Ita me-  
cum iudicant BEYER x), atque KRES-  
SIVS y). De quorum posteriorum scri-  
ptis, C.C. illustrantibus, quid iudicem? for-  
sitan quaris. Accipe. Ex antiquitatibus  
germanicis, prout decet, sunt deducta.

TIT. II.

DE

DELICTIS IN GENERE.

§. XIV.

**P**ecccata, uitia, delicta, crimina modo di-  
stinguunt modo synonyma habent Dd. quae  
Vnde sermonis oritur obscuritas. Ad  
quam uitandam licebit mihi nominare  
peccatum, quod solis legibus diuinis con-  
trariatur; vitium, quo sola præcepta ho-  
nesti & decori lœduntur; delictum, fa-  
ctum legi humanæ, penam minitanti con-  
trarium; & denique crimen, delictum  
quod auctori suo imputari potest z).

§. XV.

Et quia lex tam præcipiendo quam 1) in com-  
prohibendo, mox omnium mox certi cu-  
iusdam generis hominum actiones diri-  
git: missio &  
omissionis,  
2) propria &  
communia,

u) comment. in B. y) præf. comment. in  
Carls des V. Peinl. C. C. §. 2, seq.  
G. G.

x) dissert. præmissa z) FARINACIUS  
delin. Iuris Crimin. §. prax. crim. qu. 18, nr.  
5. seq. 1. seq.

